

853 marzo 23¹, Pisa

Al placito presieduto a Pisa dai vassi imperiali Iohannes ed Eriprandus si presentarono Leo del fu Petrus con la moglie Adelinda contro Gosfrid, avvocato del vescovo di Pisa, accusando l'invasione da parte di uomini del vescovo di una casa a Tredecim, che i coniugi sostengono esser loro perché appartenuta al corso Maurus Formicinus, suocero di Leo. Poiché Gosfrid non conosce altre proprietà nella zona di Tredecim che non siano del vescovo, le due parti si danno *wadia* con l'impegno di accertare l'esistenza di quella casa e ripresentarsi a placito. Tornati di fronte ai giudici, Gosfrid dichiara che l'episcopato pisano possiede quella casa da più di trent'anni e pertanto essa *iuxta lege* è proprietà vescovile, mentre i coniugi con *professio* dichiarano che la casa *iuxta lege* non appartiene loro.

Originale.

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Arcivescovile, 27 [A]

Edizioni: Ghignoli, n. 22

[+ Du]m ad potestate piisimi domni Hl[u]douuici imperatoris partibus [Tu]sc[ie] directi fuissent Iohann[es et He]riprandus vassi imperiales² [sin]gulorum hominum iustitjas faciendum [et] cum venissent civit[ate] re[sedente]s in iudicio in sala olim [Ha]ganoni comiti, resedentes [cu]m eos [A]dalbertus et Ratfredus³ iudices sacri palatji, Ansiprandus, Alpertus et Gumpertus vassi eidem cesari, Gregorius⁴, Rosselmus⁵, [et o]mnes schabinis Pisensis, Chunimundo schabino Lucensis [et Teu]pertus, Ghisulfus, Ghunderado, Nandulfo, Nandibodo, Teudingo, [Teu]fridi, Ramingo, Iohanni, Gherimundo, Uuidaldo, Adalberto, Ioann[i], Grasifirmo, Ansualdo et reliqui multi. Ibique in iudicio [ve]nit Leo filius quondam Petri una cum coniuge sua nomine Adelinda nec non et Ghosfrid advocato episcopatui sancte Marie P[isen]se, in quo vir beatissimo Iohanne⁶ episcopo preesse videtur, altercatjonem inter se habentes dicendum ipse Leo: "Servi et pertinentes [e]piscopatui sancte Marie, de quibus iste Ghosfrid peraget causa, fecerunt vasionem in casa et res illas loco nunchupante Tredecim pro[p]e ecclesia sancti Fridiani: qua casa et res fuerunt pertinentes quondam Mauri Formicini natjone Corso, qui fuit socero meo, et ipse socero me[o] [e]as reliquit in successione istius Adelinde coniugi mee. Unde quero ut exinde inter nos detis iudicium". Hoc dictum, obvians ei [m]emoratus Ghosfrid et dixit: "Parte episcopatui sancte Marie habet et detinet aliquantas casas et res in loco Tredecim, set ipsa [ca]sa et res de quibus tu, Leo, mihi queritur, ego nescio". Refertum hoc, dedit uuadia ipse Leo eidem Ghosfridi de casa et res ipsa ostensu. [Et] ipse Ghosfrid dedit ei uuadia ut esset paratus ad videndum, et reverterent ad placitum, starent exinde ad ratjonem secun[du]m lege. Et statuerunt inter se fidiussores et constituto. Et dum ips[i] missi cum prefati iudices imperiales perfexissent parti [Ro]ma in servitjo eidem augusti et non fuissent ad ipsum predistinatum placitum, tunc per imperialem iussionem una cum memo[ra]to Iohanne reverentissimo episcopo Pisense, Raghinardo gastaldio, in domo huius episcopati Pisensis resedentes in iudicio nos Gregor[iu]s, Rosselmus et Iohannes⁷ schabinis, Teupertus, Urso vicedomui, Gunderado, ubi nobis aderant Nandulfo, Nandibodo, Adalberto, Nandiperto, Chunerado, Ramingo, Iohanni, Fraimundo, Adalberto, Osprando, Huni et alii plures, reversi sunt ambas partes ante nos in [i]udicio. Cepit memoratus Ghosfridi dicere eidem Leoni: "Ostendisti mihi casa et res in loco Tredecim sicuti mihi tu uuadium dedistis, set ipsa [c]asa et res parte episcopatui sancte Marie habuit et possediit per annos triginta et amplius, quod nec tibi nec ad coniuge tua nihil

pertenuit nec per[tiner]e debentur iuxta lege. Et odie est nostrum firmum constitutum exinde ratjone mittendum, sicut uuadiatum habuimus”. Refertum hoc, interroga[vi]mus nos qui supra auditores et iudices eundem Leonem quit exinde ipse dicere voluisset, ut diceret responsum. Qui de presente prefatum Leonem una [cu]m suprascripta Adelinda coniuge sua professi sunt et dixerunt: “Vere casa et res ipsa, de quibus intentjone ista habuimus, nos eas contendere non vale[m]us, quia non possumus nec nobis nihil pertenuit nec pertinere debentur iuxta lege”. Hec professio facta, causa manifestata quomodo aut qu[ali]ter ab ordinem superius legitur, paruit nobis recte quorum supra auditores et iudices, una cum omnibus ibi nobiscum adsistentibus, [e]t ita iudicabimus ut secundum eorum altercatjone[m] et secundum ipsorum Leoni et de coniuge eius professionem, habere debu[i]sset suprascripta casa et res parte episcopatu[m] sancte Marie, de quibus ipse Gosfrid advocatus peragebat causa, absque illorum Leoni et de coniuge eius contradicjone[m]; et pars ipsorum Leoni et de coniuge eius essent exinde remoti et contempti. Et taliter est inter eis finita causatjo. Unde qualiter ante nos hac causa perhacta et deliberata est, hanc notitja iudicati nostri pro securitate memorati episcopati sancte Marie fieri previdimus. Quidem et ego qui supra Gregorius notarius et schabinus scripsi anno imperii donni nostri Hludouuici imperator[is] octabo, decimo kalendas aprelis indictjone sexta. Signum + manus Raghinardi gastaldio Pisense qui interfuit.

+ Ego Iohannis notarius et schabinus interfui. + Ego Teupertus ibidem fui.

(S) Ego Rosselmus notarius et schabinus interfui.

+ Ego Gunderado ibi fui.

+ Ego Nandolfu interfui.

+ Ego Nandibodo filius bone memorie Nandulfi interfui.

[+] Ego Urso archipresbiter et vicedomui interfui.

[+] Ego Petrus diaconus interfui.

[+] Ego Adalberto filio bone memorie Andre interfui.

[+] Ego Fraimundo filio Iohanni interfui.

[Sign]um + manus Hunold, qui interfuit.

[+E]go Adalberto filio bone memorie Banduci ibidem fui.

¹ Su questo placito, Rossetti 1973, p. 231 e Bougard 1995, p. 125 e ss. In opinione di Volpini 1975, p. 316 nota 1, il placito si sarebbe svolto a Lucca e non a Pisa, città dove risulta “problemática l’attestazione di una corte comitale”.

² Sui vassi imperiali, gli stessi che pressiedono il placito lucchese del dicembre 857 (*ChLA*², LXXXI, n. 20) Krause 1890, p. 277, n. 172.

³ Su questi giudici e la loro presenza nella documentazione giudiziaria si veda Radding 2013, pp. 228 e 227 rispettivamente.

⁴ Compare anche in altre carte pisane: Ghignoli 2006, n. 19 (gennaio 847) e n. 21 (855 marzo 16 – aprile 12).

⁵ Compare come rogatario in altre carte pisane: Ghignoli 2006, n. 20 (ottobre 848), n. 23 (maggio 865), n. 24 (marzo 868) e n. 25 (marzo 868). Su questo personaggio e la sua probabile discendenza Rossetti 1973, p. 231.

⁶ Ceccarelli Lemut 2005, p. 14.

⁷ Compare anche in Ghignoli 2006, n. 23 (maggio 865), n. 26 (876 aprile 30), n. 27 (877 maggio 18), n. 30 (giugno 891).